



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 24. Felix Basilea Lausanam profectus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

cusabat, quod ei non submissionem sum-
 mis Pontificibus debitam deferret, id au-
 tem ex eo fine fieri dicebat, ut eo facilius
 Ecclesiae pax reddi posset, ad quam ut &
 ipse operam suam conferret, & Friderici
 consiliis acquiesceret, vehementer eum
 adhortaretur Imperator. Episcopus, cum
 Felicem alloquebatur, sollicite curabat,
 ne illam *Sanctitatis*, aut *Beatitudinis ve-*
strae titulo honoraret; quocirca eundem
 non nisi *Clementem benignitatem suam* voca-
 vit. Nihilominus inquit Patricius, *Felix*
Pontificalibus verbis non abstinuit, egitque
gratias de visitationis honore; ac denique
multis hinc inde dictis Caesar domum re-
diit, & sequenti die Basilea discessit.

Sæcul. XV.
 A. C. 1442.

Aug. Patric.
hist. Conc.
Basil. &
Florent. art.
 133. ex tom.
 13. Conc.
 pag. 1603.

§. XXIV.

Felix Basilea Lausanam profectus.

Paucis post Cæsaris discessum diebus,
 Felix quoque Basilea Lausanam pe-
 tit. Comitabantur eum nonnulli Cardi-
 nales, ac Ministri, ceteris majori nume-
 ro Basileæ relictis. Hoc iter, ut suam
 valetudinem curaret, sese aggressum a-
 jebat, pollicitus, transacta hyeme ad Sy-
 nodum se rediturum. Sub idem tempus
 Comitis Duglassii natione Scoti Orator
 Basileam venit, Domini sui nomine Fe-
 lici obsequium delaturus, eidemque nun-
 ciaturus, quosdam Episcopos, qui ab Eu-
 genio

Patric. ib.
 p. 1605.

Sæcul. XV.
A.C. 1442.

genio promoti essent, tantum effecisse, ut Scotiæ Prælati, quamvis Papa jamjam exauctoratus esset. Synodum tamen Provinciam congregassent, in qua Basileenses unacum Felice damnatos anathemati subjecisset, omnesque illis adherentes suis beneficiis privassent, hos inter numerari dicebat Comitum Duglassii Filium, qui a Synodo, ac Felice ad Episcopatum nominatus, sede sua pulsus esset, nunc vero utpote resistendo imparem efflictim Basileensium opem implorare agebat, ut Patres censuris Ecclesiasticis ejus adversarios perstringerent, causamque ejus defendendam susciperent.

§. XXV.

*Calabriæ Dux Concilium Basileense,
& Felicem veneratus.*

*Aug. Patric.
hist. Con. art.
133. ex tom.
13. Conc.
p. 1605.*

Mense Decembri nondum evoluto, Ferdinandus Calabriæ Dux, Alphonsi Arragonum Regis Filius, Basileam suam decrevit Legatum, qui ejus nomine obedientiam, reverentiamque Concilio exhiberet in omnibus, quæ Patris sui juribus contraria non essent. Cum vero Orator in suo sermone Ferdinandum appellare haud dubitasset Calabriæ Ducem, Raymondus Episcopus, nomine Renati Regis palam contendit, Ferdinandum Calabriæ Ducis prærogativa non gaudere, eoquod
Regni